



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

228. Si quis cum commatre fornicatus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

revertantur. Quod si obedire sacerdotibus no- Concil. Tu-
luerint, oportet eos per secularem disciplinam ron. 3. c. 4.
coerceri.

De eadem re. *Ex Concilio Moguntiacensi*
cap. xxix.

CCXXV. Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra fuerit fornicatus, Vide supra c.
197. hujus libri
seu cum duabus sororibus nupserit, aut si qua cum duobus fratribus, sive cum patre & filio, si quis relicta fratris, si quis neptem, aut novicam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relicta, aut priviganum polluerit, eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari præcipimus.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXXVI. Contradicimus quoque ut Concil. Mo-
quarta generatione nullus amplius conjugio gun: sub Kar.
copuletur. Ubi autem post interdictum fa- M. c. 54.
ctum fuerit, separantur. Lib. 5. Capi-
tular. c. 99.
Burchard. 11.
7. c. 18.

De eadem re. *Ex Concilio Wormaciensi.*

CCXXVII. Si quis cum duabus sorori- Concil. Vvor-
bus, seu cum duobus fratribus, aut cum his mac. c. 33.
personis de quibus sacra scriptura prohibet, fornicationem fecerit, si dignam egerit pœnitentiam, & se continere non potest, liceat ei legitimam uxorem vel virum accipere.

Si quis cum commatre fornicatus fuerit.

Ex eodem.

CCXXVIII. Si quis cum commatre Concil. Vvor-
spirituali fuerit fornicatus, usque ad dignam mac. c. 34.

298 R E G I N O N I S L I B . II.
pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de fonte suscepit, vel quam ante Episcopum tenuerit, fornicatus fuerit. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem.

Item de incestis. *Ex eodem.*

Concil. Vvor-
mac. c. 36.

C C X X I X . Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium pœnitentiam agat. Scilicet per triennij tempus à corpore & sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat; & omnibus diebus jejunet, exceptis festis & dominicis diebus. Similiter de mulieribus quæ patri se clanculo in concubitu prostraverunt & filio observandum est, & qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Quod cum sacramento inlicita conjugia solvenda sunt. *Ex Concilio Triburienſi.*

Concil. Tri-
bur. c. 49.

C C X X X . Quorum illicita conjugia scindenda sunt, volumus ut juramento confirmante ad unam mensam nec sub uno teſto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, niſi in publico aut in Ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua ſuspicio poſſit naſci atque increſcere.

Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

Burchard. lib.
7. c. 25.

C C X X X I . De illa parentela quam dicunt eſſe inter illum & iſtam ejus conjugem, quicquid inde ſcis vel audisti computare à tuis